

www.e-rara.ch

Fortunii Liceti Genuensis... De mundi & hominis analogia

Liceti, Fortunio

Utini [Udine], 1635

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7369>

[Cap. XI. - XX.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

dixerim, solus Homo speciei est vnus, ac indiuisibilis, vt
Mundus in vnitatem speciei habet vnitatem indiuidui. 12. meta.
t. 49.

Mundi, & Hominis aequae finitam esse magnitudinem. Cap. XI.



Corpoream quum habeat & Mundus, & Homo naturam; corporea vero moles quum necessario finita sit, vel infinita; non conuenit inter omnes, an Mundus cum Homine conueniat in mole finita, vel infinita.

Qui enim Veteres cum Democrito, Epicuro, & Metrodoro posuere Mundos numero infinitos, & Homines pariter numero infinitos; ijs vt singuli Mundi, & singuli Homines finitam obtinent molem sui corporis; ita ex omnibus Mundi aggregata congeries, & ex infinitis hominibus congregatus cumulus, vt ita dixerim, habet necessario molem similiter infinitam: sed eorum, quicumque ponunt vnicum esse Mundum multos homines intra se continentem, vt omitam Plinium, cui placuit eleganter dicere, *b* Mundum esse finitum infinito similem, quasi finiti ad infinitum esset aliqua *c* proportio, & similitudo; tres classes inueniuntur; nam alij cum Aristotele dicunt Mundum esse *d* finitae molis, *e* infinitae durationis; nullam *f* extra se magnitudinem habentis; Alij post *g* Empedoclem, Stoicos, & Diogenem, vt *h* Conimbricenses, extra Caelum, & Mundum ponunt spacium infinitum in Vniuerso; adeoque Vniuersitatem entium statuunt esse infinitam; aggregatum scilicet ex Mundo, & immenso spacio; quod ideo ponunt infinitum, vt in eo Deus immensus, ac infinitus apte collocari possit. Alij denique Mundum ponunt aliquando factum esse finitae magnitudinis, at infinitae durationis.

I in

b lib. 2. c. 1.

c 1. cgl. t. 64.

d 1. cgl. 33.

& seqq.

e 8. phys. t.

1. & seqq.

1. cgl. t. 20.

& seqq.

& t. 103. &

seqq.

1. cgl. t. 99.

100.

f Plut. de

plac. phil.

lib. 1. c. 5. &

lib. 2. cap. 1.

1. cgl. t. c.

97. &

8. phys. qu.

2. ar. 4.

in æternum; vt sacri Doctores. Nos vt opinionem Aristotelis, ac Theologorum de Mundi mole finita complectimur, ob rationes ab Aristotele promulgatas; quas non est vt hic referamus; ita placitum Empedoclis, Diogenis, Stoicorum, & Conimbricensium de spacio infinito extra Mundum recipere non possumus; tum quia Deus incorporeus, ac immaterialis omnino quum sit, non indiget spacio, nec aptus est esse in loco, vt ait Aristoteles: tum quia tale spacium a Conimbricentibus nec ens reale, nec ens rationis esse dicitur; extra quæ duo entium genera nihil esse potest: Similiter etiam dogma Philosophi de Mundi æternitate non apte congruere patitur Mundi molem finitam cum finita mole corporis humani absolute; quia licet Mundi, & Hominis cuiusque sigillatim magnitudo finita sit; attamen si aggregatum ex omnibus hominibus in tota æternitate concipiamus animo; numero quum ponantur homines infiniti per concatenatam successionem æterni temporis inuicem adhærentes; horum cumulum in vnâ congeriem, ac massam mente concipere nequimus sine molis infinitate; quæ cum mole Mundi finita nullam habere potest proportionem. Reliqua est tertia sententia Sanctorum Patrum, quæ sola vera est, constituens Mundum esse vnum numero, ab initio temporis, non ab æterno, conditum a Deo, semper duraturum, finitæ molis, in quo non perpetuo fiet Hominum procreatio; sed hæc terminabitur aliquando, ad vltimam diem Vniuersalis Iudicij. Qua quidem sententia ponitur Mundus finitæ molis; & illi proportionatus Homo tum quilibet, tum aggregatus ex omnibus finitum numerum non excedentibus, molem similiter obtinens finitam: vt præterea recte dixerit Aristoteles, *Mundus est compages ætheris, calis, terræque coagmentata, atque ex his naturis, quæ inter ea conti-*

m lib. de
mund. c. 2.

mentur. Dicitur etiam aliter Mundus, ordo & digestio Vniuersorum, quæ a Deo & per Deum asseruatur. Huius situm medium in motum & stabilem Terræ, vix fecunditate prædita, sortita est: animantium quidem illa omnifariam distinctarum sedes, & parens: Huius Vniuersitatis suprema pars omnis omnem in partem finita est, & terminata. Ita ergo Mundi, & Hominis magnitudo finita est.

De Mundi, & Hominis figura circulari.

Cap. XII.



Illis iam quantitatis affectionibus, præstat nunc animaduvertere passiones qualitatis in Mundo, & in Homine. Porro terminus finitæ molis corporea nuper in Mundo, & in Homine spectatæ, nihil aliud est, quam figura; quæ ad quartum genus qualitatis ab *a* Aristotele redigitur. Cæterum non omnium præd. Qualit.
est de figura Mundi consensus; nam qui Mundum molis infinitæ ponunt, ij Mundo nullam omnino figuram inesse dicunt; quippe figura est terminus magnitudinis finitæ: Qui vero Mundo vt molem finitam, ita & figuram aliquam necessario adscribunt; varias in sententias abierunt: Apud *b* Plutarchum Epicurus censuit Mundum *b2. de plac. phil. cap. 1.* non habere determinatam figuram, sed habere posse globosam, posse, & non globosam: *c* Cleombrotus asserit Mundi figuram esse triquetram: Demetrius ait *c. Plut. de orac. def.* Homerum opinari cælum extremum elementa continēs habere figuram duodecim basium, ob varietatem motus, & multitudinem laterum; quod illam figuram maxime conuersionibus, motibusque animalibus congruere existimaret. Alij Mundum esse turbinatum censuerunt, *d2. de plac. phil. cap. 2.* *d* Plutarchi testimonio. Dalechampij *e* Pliniani relatu, *e* Plin. lib. 2. *c. 2. in an. not.* Sanchumatus Berytijs, antiquissimus rerum Phœnicia

scriptor, ex Philone Byblio, Mundum similem esse vult
 Quo quoad figuram: quam opinionem auctoris nomine
 suppresso refert etiam Plutarchus. Macrobius in Sa-
 turnalibus ait, Initiatos sacris Liberi Patris Ouum hac
 veneratione colere, vt ex forma tereti, ac pene sphæra-
 li, atque vndique versum clausa & includente intra se
 vitam, Mundi simulacrum vocetur: Quod hauserat a Plu-
 tarcho, in *b* Symposiacis asserente, Ouum ideo conse-
 cratum esse in Orgijs Bacchicis, vt exemplum omnia gi-
 gnentis, & in se continentis Mundi. Sed & apud Pro-
 bum Grammaticum Varro in Logistorio scribit, *Mundus*
ideo representat Ouum, quia calum est veluti testa, terra veluti vi-
tellum; aer, & ignis est inter illa duo quasi conclusus humor albugi-
neus, in quo calor. *i* Dalechampius ex Probo, & Cyrillo
 memorat quosdam voluisse Mundum esse figuræ litteræ
 ω, in qua extremum lineamentum Oceanum represen-
 tat, cingulum Mundi: Cæterum hi Mundi nomine glo-
 bum ex terra, & aqua compactum intellexisse videntur.
 Contestatur idem ex Aristophane in Pluto, ex Socrate,
 Laëtantio, & Augustino. Mundi figuram hemisphæri-
 cam esse. Verum hæc omnia dogmata falsitatis con-
 uincit Aristoteles, aperte *k* demonstrans Mundi figu-
 ram esse globosam, & exactissime *l* sphæricam; cuius
 opinionis etiā Stoicos extitisse cultores testatur *m* Plu-
 tarchus. Hominis autem figura etsi nunquam fuerit exa-
 ctissime rotunda, vt in Symposio Platonis Aristopha-
 nes fabulatur in hæc verba, Præterea tota cuiusque Hominis
 species erat rotunda; dorsum, & latera circumhabens, manus qua-
 tuor, totidemque crura; vultus item duos tereti ceruice connexos,
 & omnino consimiles: caput utrisque vultibus contraversis, vnum:
 aures quatuor, genitalia duo, & alia singula, vt ex his quisque con-
 uenienter excogitare potest: incedebat tunc & reclusus, vt nunc, in
 veram partem vellet; & quoties celerius ire contenderet, instar eo-

De Mundi, & Hominis Analogia. 69

rum, qui prono capite crura sursum circumferentes circula-
ream exercent, tunc nullo membrum innixus celeri circulo ferebatur.
Nihilominus circularis figuræ in humano corpore spe-
ctabitur, si consideretur homo diuaticatis cruribus, &
expansis brachijs; quia circini crure ad umbilicum fir-
mato, poterit alter per summos manuum, ac pedum di-
gitos in orbem perducere: Qui circulus nihilo fecius ex-
ctus erit, quam orbis ille, qui a Mathematicis, & a
Philosophis terræ tribuitur, in qua montium altitudi-
nes, & vallium multæ profunditates habentur. Quam-
quidem Humani corporis figuram circula-rem sphaericæ
Mundi figuræ coaptauit p Auerroes, & ante ipsum in-
nuuit Aristoteles q asserens, si nobis adnatus esset aer
circulariter, videremur vno quodam sentire & sonum, &
colorem, & odorem: & r inquiring, si quis circumponat
sphaeram corpori habenti dextrum, & sinistrum; talem
figuram circula-rem ab eo non tollere differentias dex-
tri, & sinistri; sed illas in eo sensibus occultare. Sed hac
de re preclare † Rhodiginus ex Iulio Solino, qui in * Po-
lyhistorico ait, Quantum manibus expansis inter digitos
longissimos modus est, tantum constat esse inter calces,
& verticem: ideoque Physici hominem minorem Mun-
dum esse iudicarunt. Quia & supra, circula-rem figu-
ram ea ratione notauimus inesse humano corpori, quod
singulæ partes ipsius in orbem a natura configurantur;
nam caput sphaericum tereti collo superimponitur; sub
collo rotundum pectus residet, copulatum infimo ven-
tri orbiculari; qui coxis, tibijsque teretibus innititur; bra-
chiorum pariter, ac digitorum teretem figuram aspici-
mus: membra præcipua similiter globosa figura donan-
tur, cerebrum, cor, hepar, testes; immo etiam minus præ-
cipua, oculi, renes, pulmones, ventriculus, vrinaria, fel-
leaque vesica; teretem figuram obtinent venæ, ossa, ner-
ui,

n Cleo-
med. 2. de
mund.
Clau. apud
Sacrob. c. 6.
in c. 1.
o 2. phys. t.
17.
2. cal. t. 76.
& t. 104.
& seqq.
p 2. cal. t.
c. 13.
q 2. de an.
t. 110.
r 2. cal. t.
13.
† lib. 2. c.
21.
* cap. 5.

ui, arteria, intestina: Quin & homo degens in utero matris figuram globosam retinere videtur; ad omnium ferre aliorum animalium differentiam; ut notauit Aristoteles inquiens, *f* Siuis in utero quadrupedum omnium extensus est; expedum autem obliquus, ut piscium; bipedum vero inflexus, contractus quae ut auium; homo etiam in semet conglobatus sic gestatur, ut nasum inter genua, oculos super genua, aures extra genua habeat. Quod etiam obseruant *t* Anatomici oculari fide, addentes Aristotelico dicto, foetum calcaneis contingere nates, & glomerari in effigiem glomi: sed Columbus apertissimis verbis ait, *u* Quocumque autem situ ex hoc triplici toties enumerato nos uterus exceperit; in globum atque orbem excipimur, sphaericusque est omnis situs infantis in utero. Sic igitur etiam in figura circulari maximus est Mundi cum Homine consensus.

De loci positionibus Homini, Mundoque similiter conuenientibus. Cap. XIII.



Nimalis cuiusque figura corporea necessariam habet relationem ad loci positiones, quas differentias loci nuncupamus: eas inuicem oppositas agnouit *a* Aristoteles numero sex, unicuique dimensionis duas; nam *b* longitudinis principium dicitur sursum, finis vero deorsum; latitudinis autem principium proprie vocatur dextrum, finis autem sinistrum; profunditatis demum principium nominatur Ante, finis vero Retro: Has omnes differentias inesse ait Aristoteles corporibus perfectis; at omnium perfectissima corpora sunt *c* Mundus, & *d* Homo: Quare ut Homo, sic etiam Mundus obtinuit omnes differentias positionis, sursum, deorsum, dextrum, sinistrum, ante, ac

a 1. cel. l. 7.
& seqq.
b 2. cel. l. 8.

c 1. cel. l. 4.
d 1. de 2n.
l. 19.
6. ethic. c. 7

retro. Quæ quidem loci differentia vt in Homine sunt omnibus eadem certæ, ac determinatæ; nam sursum est caput, deorsum pedes, ante facies pectus & abdomen, retro nuca dorsum & nates, dextrum latus & sinistrum notissima; sic in Mundo controuersæ sunt, ac latent ob circularis figuræ diuersitatem partium occultantis exactissimam sphericitatem, nam Cleomedes, relatu f Coelij, censuit Mundi sursum esse totum Cælum, deorsum Terram, Ante partem Occidentalem, Retro Orientalem, Dextrum Septemtrionalem, Sinistrum Australem: Quam opinionem sectatus g Ouidius dixit

V. que duæ dextra cælum, totidemque sinistra

Parte secant Zona, quinta est ardentior illis.

nam præter Zonam torridam duæ sunt Boreales, & duæ Australes. Et b Lucanus in eandem sententiam scripsit de Arabibus Romam aduectis,

Ignotum vobis Arabes uenistis in orbem.

Umbras mirati nemorum non ire sinistras.

nam in Arabia felici Sol in Cancro degens mittit umbras versus Meridiem, Romæ vero semper in Septemtrionem. Varro vicissim Orbis anteriorem partem ait esse Meridiem; posteriorem Septemtrionem, dextram Occidentalem, sinistram Orientalem. Quod placitum coluere Plinius, & Alcinous. k Galeni relatu, Pythagoras, & Plato, nec non Aristoteles Mundi dextras ad

Orum partes esse dixerunt, a quibus sit principium motus; sinistras vero Occiduas. Empedocles autem dextras quidem æstiuum tropicum, sinistras in hibernum reiecit. Et T. l Liuius, Augurum scientia inquit dextras ad Meridiem partes statuit, ad Septemtrionem sinistras.

Hæc omnia præter Cælum, adnotauit etiam m Pierius. m l. 3. Hieroglyph. Tauro. Homo mirifice positionis differentias proportionatas habet cum Mundo; nam vt semper caput ad Cælum ex-

tol-

2. de cæl.

t. 13.

lib. 1. cap.

10.

g i meram.

b lib. 3.

vers. 247.

248.

6 ling. lat.

fragm.

k de Hist.

phil.

l. 1. ab Urb.

C.

m l. 3. Hieroglyph.

Tauro.

tollit, & pedes in terra figit; ita dextram suam modo ad Boream, modo ad Austrum, modo ad Occiduas, modo ad Orientales Mundi partes vergit; similiterque sinistram, posticam, & anticam. Ceterum ad maiorem Mundi, & Hominis analogiam in proposito declarandam, solus Homo cum Vniuerso videtur habere proportionatas loci differentias; solus inquam, quia plantæ carentes dextro, sinistro, ante, ac retro; quippe non habent latitudinem, ac profunditatem distinctas, & determinatas; obtinent certam longitudinem, cuius principium est sursum, ac finis deorsum; sed principium longitudinis, ac sursum in plantis est earum radix; finis vero longitudinis, ac deorsum in plantis est in extremitate ramorum; adeoque sursum plantarum non vergit ad sursum Mundi, nec deorsum plantarum respicit deorsum Vniuersi; sed vicissim plantarum sursum in radice positum coniungitur in terra cum deorsum Mundi; & stirpium deorsum tendit in ramis ad sursum Vniuersi; quod obseruauit aduersus Empedoclem & Aristoteles inquiens, *Empedocles autem non bene dixit hoc, addens augmentum accidere plantis, deorsum quidem, quum radicanter, propterea quod terra sic fertur secundum naturam; sursum autem, propterea quod ignis similiter: Neque enim sursum, & deorsum bene accipit; non enim idem sursum, & deorsum omnibus, & ipsi Vniuerso; sed ut caput animalium, sic radices plantarum sunt: si congruit instrumenta dicere diuersa, & eadem operibus.* Hinc non male Hominem esse arborem inuersam, dicunt Academici, licet aptius dicerent, Plantam esse Hominem inuersum. Consimiliter animalia bruta suas differentias positionis non coaptant ad differentias consimiles Vniuersi; nam bruta prona incedunt, adeoque suum sursum, & anticam partem vergunt ad deorsum Mundi; posteriora sua promouent ad Cælum versus sursum Vniuersi. Solus Homo caput ad fide-

ra tollens, habet suum sursum spectans sursum Munda-
 um; pedes, & infernas partes excrementorum exiui
 delinatas ad terram porrigens, obtinet suum deorsum
 collinans ad deorsum Mundi. Et quum Mundi dextrum
 sit Oriens, Aristoteli, & sinistrum sit Occidens: quum
 que Oriens, & Occidens in cælo sit indeterminatum;
 nam quod Anglis est Oriens, id Indis est Occidens: ita
 Homo suum dextrum, & sinistrum indeterminate ad
 quamcumque Mundi plagam cælestem vertere potest;
 idem dicendum de Septentrione, & Austro; deque an-
 te, ac retro corporis Humani. Nisi etiam dicere veli-
 mus Hominem in nostro Hemisphærio collocatum at-
 tollere caput, suumque sursum versus polum arcticum
 Zodiaci, quæ pars est sursum orbis planetarum; suumque
 deorsum vergit ad Zodiaci polum antarcticum, quæ pars
 est deorsum orbis planetarum: dextrum habet Homo
 ad Orientem proprium planetarum, & sinistrum ad Oc-
 cidentalem partem eorundem. Anteriorem partem
 Homo vergit ad Austrum, dorsum ad Septentrionem
 proferens, naturaliter ad calorem Austri, ut puta ad vi-
 tale principium inclinans, & ab Aquilonis frigore mor-
 tifero refugiens. Consimiliter Antipodarum Indicæ
 regiones incolentiur sursum, & deorsum correspondet
 cum sursum, & deorsum primi mobilis: eorundemque
 dextrum, & sinistrum proportionatur dextro, & sinistro
 primi Mobilis. Ut hac ratione Hominis absolute cum
 Cælo, & Mundo sint consentientes, & proportionatæ
 positionum differentie. Sed & quilibet homo, ut dixi-
 mus, caput extollens in sublime versus locum lævum, &
 cælorum; pedesque figens in terram; plane habet sur-
 sum, & deorsum suum commune, atque proportiona-
 tum cum Uniuerso, ad plantarum discrimen; ut ait Ari-
 stoteles etiam alibi dicens, *per rectissimum animalium est ho-*

p de respis.
 c. 12.

mo; & sursum ad totius sursum habet solum; propterea quod talem
 92. de part. habet hanc particulam; & alio loco scribens, q vnum ho-
 c. 7. minem esse rectæ staturæ inter animantia cuncta, quod
 3. de part. fit omnium viuientium calidissimus; & caloris sit sursum
 c. 6. petere. Cæterum multo prius exactissime theoriā
 1. hist. c. hanc Aristoteles proposuerat inquiring, r Habet homo
 35. suas partes ita dispositas, ut in eo & superius sit, & inferius, &
 prius & posterius, & dextrum & sinistrum. Constat sane dextrum
 & sinistrum ex similibus fere partibus, atque eisdem: verum sini-
 stra omnia sunt imbecilliora: at posteriora prioribus, & superiora
 inferioribus discrepant: præterquam quod inferiora similitudinem
 superiorum præferre ea ratione dixerim, qua venter inus respondere
 assolet faciei in corpulentia & gracilitate; & crura cum brachijs
 communem ineunt rationem, &c. & mox, Ergo superiora, infe-
 rioraque hominem omnium maxime animalium habere ratione loco-
 rum naturalium intelligimus: eius enim partes, tam superiores, quam
 inferiores, ad situm orbis Vniuersi superiorem, inferioremque dispo-
 sitæ sunt: Itidem quæ priores, posterioresque, atque etiam dextræ, si-
 nistræque habentur; quum cæterorum animalium genus, vel omnino
 respectu eiusmodi careat; vel confusus ita constet: caput itaque ca-
 teris omnibus superiorem obtinet situm, corporis sui ratione: at
 homo, quoniam, ut modo diximus, ad Vniuersi orbis habitum institu-
 tus est, idcirco partem etiam istam habet respondentem parti sublimi
 Vniuersi. Sed & dextrum, & sinistrum in Mundo con-
 stat ex similibus fere partibus, atque eisdem; nam quod
 Italis dextrum est, ac Orientale Sinense regnum, id
 Peruanis est Occidentale, atque sinistrum; quodque
 Italis Occidentale, ac sinistrum est Britannia regnum,
 id Orientale, ac dextrum est Americanis. Quin & Italis
 imbecilliora sunt omnia occidua, & cæteris similiter. In
 Mundo pariter posteriora prioribus discrepant; quis
 enim ignorat variā constitutionem astrorum Borea-
 lium, & Australium? discrepant & superiora inferiori-
 bus;

bus; &
 distare
 superi
 graph
 volum
 dente
 guitur
 gilius
 Se
 Q
 Ca
 M
 Ob
 Distin
 prædic
 V
 P
 Si
 C
 Q
 N
 Te
 Quin
 ferent
 Homi
 meran
 positor
 rat sex a
 hoc quu
 & dext
 consequ
 Thabor

De Mundi, & Hominis Analogia. 73

bus; quis non agnouit cælestia plurimum a terrestribus distare, ac variare? sed & inferiora Mundi similitudinem superiorum præferunt; etenim Astronomi, Cosmographique circulos, & partes in cælo degentes habere volunt circulos, & partes sibi proportionē correspondentes in terra; nam cælum a circulis sphaeralibus distinguitur in quinque Zonas, siue regiones; de quibus Virgilius in s. Georgicis,

f lib. 4.

Quinque tenent Cælum Zona, quarum una corusco

Semper Sole rubens, & torrida semper ab igne:

Quam circum extrema dextra, lauaque trahuntur

Cærulea glacie concreta, atque imbribus atris.

Munere concessa Diuum, & via selecta per ambas.

Obliquus qua se signorum verteret ordo.

Distinguuntur etiam totidem plagæ in terra directe prædictis Zonis suppositæ; ut adnotat Ovidius ita, et metam.

Utque dua dextra cælum, totidemque sinistra

Parte secant Zona, quinta est ardentior illis:

Sic onus inclusum numero distinxit eodem

Cura Dei, totidemque plagæ tellure premuntur.

Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu:

Nix tegit alta duas: totidem inter utramque locauit.

Temperiemque dedit, mista cum frigore flamma.

Quin & sacra pagina Glossographo sex positionis differentias Mundo adscribit correspondentes totidem in Homine existentibus; ipso in additionibus illas enumerante, ac adnotante in hanc sententiam, psal. 88. addic. 1. Quidam expositores Hebræorum dicunt, & forte bene, quod Psalmus hic numerat sex differentias positionis Mundi; scilicet sursum & deorsum; & hoc quum dicit, Tui sunt cæli, & tua est terra: consequenter sinistrum, & dextrum; & hoc quum dicit, Aquilonem, & dextrum tu creasti: consequenter Ante, & retro; & hoc quum dicit, Thabor, & Hermon: Thabor enim est in parte Occidentali respectu terræ promissionis, &

K 2 sic

De Mundi, & Hominis Analogia. 77

viuencia omnia, quæ sola mente perspiciuntur, in seipso complectitur;
 quemadmodum Mundus hic nos, & cætera quæ cernuntur animalie
 continet. Volens itaque Deus omnia, quæ intelligi possunt pulcherrimo,
 & undique absoluto Mundum hunc simillimum reddere, animam
 unum ipsum effecit, aspectui subiectum, animalia cuncta natura con-
 uenientia intra suum limitem continens. Est autem omnium
 intelligibilium pulcherrimus, & absolutus Mundus Ar-
 chetypus solus ipse Deus. Sic ergo Deo simillimum
 Plato Mundum esse voluit, quod foret animal intelli-
 gens, omnia intra se continens; nam Deus est purus
 intellectus omnia in se continens; vel Aristoteli;
 Mundus quidem continet in se cuncta materialiter;
 Deus vero formaliter, ac eminenter; unde Magister ait,
 a Pater autem, sic esse, quemadmodum ipse vniverso est Deus, & vi-
 cissim cuncta in illo; mouentur enim omnia ab inexistente in ipso nu-
 mine: atque alibi, b Diuina enim providentia id opus esset, quæ b 7. politi-
 & hoc totum continet: Homo consimiliter in se continet cap. 4.
 omnia virtute, siue vt aiunt scholæ, virtualiter; quo no-
 mine non solum Aristoteles ait, c Omnia naturalia cor- c 2. de an.
 pora esse animæ gratia; quin & d Hominem esse finem d 2. phys.
 omnium: in finali vero causâ contineri virtute omnia,
 quæ ad finem sunt, certissimum est. Sed etiam sacra pa-
 gina scriptum habet præceptum Domini e Apostolis, e Marc.
 Euntis in Mundum vniuersum prædicare Euangelium omni creature, cap. 16.
 Qui reciderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; qui autem non cre-
 derit, condemnabitur. Vbi per omnem creaturam intel-
 lexit Hominem; qui quum sit finis, cuius gratia, seu cui
 a Deo conditus sunt omnes creature, dicitur apte om-
 nis creatura; & continere in se virtute omnem creatu-
 ram. Sic ergo Deo cuncta in se formaliter, ac eminent-
 ter continet; similiter autem Mundus omnia in se con-
 tinens materialiter, nam etiam Homo continet in se
 omnia virtute. Præterea Mundus simillimus Deo, hinc
 cum

fr 6. de im.
an. c. 6.

cum summo Deo coluit magnus ille Ficinus, cui *f* Voluit
 Diuinus artifex Mundi opus sibi quam simillimum facere: tale autem
 est, si ubique sit ratione plenissimum: Profecto ut in ipso ratio est,
 & vniformis simul, & omniformis; sic in opificio suo animam vnā
 rationalem esse voluit, atque multas; vnus scilicet sphaera vnā mul-
 tasque multarum. & mox. Quare oportuit in media quoque mun-
 di sedet alia quedam esse, ut esset in omnibus mundi membris rationa-
 lium turba quam plurima, quae hoc ornet colatque Dei templum, at-
 que Deum artificem canat, & laudet: id agunt in altioribus sphaeris
 mentes aliae, id agunt humanae mentes in terra. Nimirum Mar-
 silius hic Mundi cum Deo, & hominis cum Deo, & Mun-
 do similitudinem eam esse vult; quod ut in Deo est ratio
 vniformis simul & omniformis, nam est mens, ac intelle-
 ctus vnicus ac simplex, omnia perspiciciens, & omnium
 intellectuum rationes in se habens: ita non solum Mun-
 dus est ratione plenissimus, quod & in ipso sit vniformis
 ratio simul, & multiformis; vniformis, quia Vniuersi for-
 ma est vna tum specie, tum numero, Diuina mens, ut ait
 Aristoteles: omniformis, quia in Mundi partibus con-
 tinentur omnes formae, omnesque mentes, animaeque
 rationales: Verum etiam Homo est ratione plenissimus,
 quod & in ipso sit vniformis ratio simul & omniformis;
 vniformis, quoniam homo quilibet vnā habet in se
 animam rationalem, per quam est *b* homo, totam in to-
 to corpore totamque in singula parte, adeoque toti ho-
 mini coextensam; ut nos olim fuisse demonstraui in
 opere De Animarum coextensione corpori: omni-
 formis, quia rationalis anima nostra in voluntatem diui-
 ditur, & intellectum; qui subdividitur in agentem, & pos-
 sibilem: ac ut Aristoteli possibilis intellectus definitur
 omnia fieri, esseque potentia *l* omnes formas, adeoque
 formam *m* formarum: agens autem definitur omnia
a facere, hoc est, omnia actu intelligibilia, omnesque
 for-

2. de gen.
ani. c. 3.
lib. 1. c. 26
& seqq. &
lib. 2. cap. 2
& seqq.
3. de an.
18.
3. de an.
18. 14.
3. de an.
37. 38.
3. de an.
18.

forma
omni
tit, du
tens,
fapier
soleb
dus, l
Apud
riter e
imagin
tis abs
eadem
rationa
mitate
tellectu
quiesce
tali qua
fabrica
teriam
merum
omnesq
placet
lectum
dios, ac
radios
mum,
omni s
tur rati
rursus
Mund
quod
sit sim
vero

formas intelligibiles facere posse: ita voluntas humana omnia cupit, nulla Mundi parte contenta, Deum appetit, dum ultimum sui finem desiderat; Deum vero appetens, omnia appetit; quoniam in Deo sunt omnia; quare sapienter Seraphicæ Religionis Pater, nil aliud dicere solebat, nisi hæc, *Deus meus, & omnia*. Sic ergo Deo Mundus, Mundo, & Deo similis est Homo apud Ficinum. Apud quem alibi o legimus Mundum, & Hominem pariter esse Dei statuat, his notis, *Si fecit Deus hominem ad imaginem suam*, certe est in homine statua Dei, quamuis additamentis abscondita. Primo igitur, separa corpus ab anima, secundo ab eadem corporeas passiones, tertio imaginationes a ratione, quarto rationales discursiones ab intellectu, quinto intellectualem multifor-
mitatem ab ipsa anima unitate, sexto ab hac unitate animalem intellectualemque conditionem, in septimo gradu, ut arbitror, conquiesces; inuenies enim ipsam simpliciter unitatem, idest Deum sub tali quadam unitate latentem. Mundum quoque Deus statuat suam fabricatus est, sed velaminibus multis opertam; subtrahere primo materiam, relinque cetera; iam habes ubique calum, cui materiam ademerunt; deme rursus caelesti huic Mundo dimensionem, serua formas, omnesque motus formarum, nactus eris animam Vniuersi; tolle si placet motus, formis omnino seruatis, Vniuersum mox possides intellectum; sed huic auferto diuisos inter se velut in calo formarum radios, accipe lumen ipsum in se principium radiorum, nec dispersum per radios, nec certis radiorum speciebus determinatum, sed absolutissimum, & simplicissimum, & immensum, quod & ipsum bonum est omni semper intelligentiæ, voluntatisque conatu quasitum; hac igitur ratione gradatim auferendo, Deum ipsum primo ex Mundo paruo, rursusque ex Mundo magno feliciter inuenisti. Sic igitur Ficino Mundus, & Homo dicitur esse Dei statua, & simulacrū, quod in utroque lateat forma multis rebus velata; quæ sit simplex intellectus; qualem Deum colimus. Hanc vero Mundi sensibilis cum Deo similitudinem pulcher-
rimum

o com. in
lib. de Tri.
Dionys. A-
reop.

p. lib. 3.
metr. 9.

rimo carmine celebravit Boethius in p. Consolatione
sua Philosophica dicens,

O qui perpetua diuindum ratione gubernas

Terrarum, & celique satens, qui tempus ab auro

Ire iubes; stabilisque moriens das cuncta moueri;

Quem non externa populerunt fingere cause

Materia fluitantis opes; & vermine insita summi

Forma, & huiusmodi carens; Tu cuncta superbo

Ducis ab exemplo; pulchrum pulcherrimus ipse

Mundum mente geris, similique in imagine formans.

Perfectasque inbes perfectum absolvere partes.

Sed & apud Coelum q. legimus, Theologos veteres

præcipere, Duo esse principis rerum Dei simulachra,

Mundum, & Hominem. Aristoteles & ipse præclare

statuit, Mundum esse quamdam imaginem Dei; quum

enim agens ex professo De Vniuersi perfectione, aduo-

catis in suæ sententiæ confirmationem, Pythagoreis,

constituat Tria esse omnia, quæ sunt principium, me-

dium, & finis; ait enim citatis verbis, r. Tria sunt omnia, & ipse

sum ter omniunque; quemadmodum enim aiunt & Pythagorei, ipse

sum omne, & omnia tribus determinata sunt; finis enim, & me-

dium, & principium numerum habent eum, qui ipsius Omnis est: hæc

autem eum, qui trinitatis est: quapropter & a natura accipientes,

tamquam leges illius, & ad sacrificia Deorum hoc utimur numero.

Nempe quum Naturæ lex sit, suum vnicuique tribuere;

Dei vero sint omnia, ut conditoris, & Domini; iam in

sacrificijs Deum rerum omnium, adeoque totius Mun-

di conditorem, atque Dominum, gubernatoremque co-

lentes, ei omnia offerre tenemur; id autem facimus tria

illi offerentes; tria ergo sunt omnia; Mundique pro-

prius caracterismus est Tria, quæ sunt Principium, Me-

dium, & Finis; sane Mundus est Principium omnium re-

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

rum, quia est earundem / causa; Medium, quia est quid

De Mundi, & Hominis Analogia. 81

ex omnibus constitutum; sic & Aristoteli mistum, quod
 ex contrarijs elementis constituitur, dictum est esse in-
 ter ea medium: Finis, quia partes in suum totum ordi-
 natae sunt velut in finem. Ast ab eodem Aristotele Tria
 haec, principium, medium, & finis rerum omnium Deo
 attribuuntur, veluti proprius item characterisimus, vetu-
 stioribus etiam cognitus, & celebratus, ait enim alibi,
 u. Enimvero, Deus (ut est vetusto verbo proditum) principium, &
 finem, & media rerum omnium tenens, rectaeque linea incedens, ope-
 ratur ille quidem secundum naturam; & vestigio comitem habens ius-
 titiae praesidem &c. Sic igitur Aristoteli Mundus, qui est
 omnia, nempe tria, quod sit principium, medium, & finis
 rerum omnium, recta linea semper incedens, hoc est eo-
 dem modo, ac iustitiae ad normam semper edens opera
 naturae; Dei est similitudo, qui pariter semper agens se-
 cundum naturam ad iustitiae regulam, est rerum omniū
 x principium, a quo conditae fuerunt; y medium, quo
 conferuantur, & gubernantur, & z finis, in quem diri-
 guntur. A qua theoria non abhorrent sacri Doctores,
 qui Deum a Patrem agnoscunt principium rerum om-
 nium creatorem; Filium vero, b per quem omnia facta
 sunt, quippe factus est homo, cui competit ex c Aristo-
 tele ratio finis rerum omnium, venerantur finem rerum
 vniuersarum; at Spiritum Sanctum, qui Diuinus est
 Amor, & Diuina Voluntas, medium est, quo cuncta en-
 tia Deus produxit, conferuat, & moderatur. Sic ergo
 Mundus est quaedam imago Dei. Huc ea mirifice fa-
 ciunt, quae contra Gnosticos differit de Mundo d Ploti-
 nus inquit, Dispositionem mundi plane demonstrare natura
 intelligibilis magnitudinem, quod Mundus sit statua manifesta Deo-
 rum intelligibilium, & pulcherrima. Quod si mundana haec statua
 (inquit) dum supernum imitatur exemplar, non est idem, profecto
 hoc ipsum naturaliter habet; alioquin imitatio illius minime foret.

L

Quod

1. de gen.
t. 89.

ad mund.
cap. 7. in f.

x 12. meta.
t. 38.

1. cgl. t. 100.
Genes. 1.

y 12. meta.
t. 52. &

seqq. 56.
z 12. meta.

t. 39.
a symb.

Apost.
b Ioan. 1. v.

c 2. phys.
t. 24.

d en. 2. lib.
9 cap. 8.

Quod autem obijcitur, dissimiliter imitari, falsum est: nihil enim pretermissum est eorum, quæ pulchra naturalisque imago posset habere. *e in com.* Quæ sic explicuit Ficinus eo e loci, Sic itaque magnitudo & potestas & motus Vniuersi mirabilem Diuinitatis potestatem nobis ostendit; ordo mirificus sapientiam, præsertim in tanta rerum varietate seruatus: vsus quoque ad optimum ubique conducens declarat proculdubio bonitatem; potestatem inquam, & sapientiam, & bonitatem, non solum quæ sit in Opifice, sed quæ communicata etiam sit opificio; alioquin non possumus opificij huius contemplatione talia de Opifice iudicare: quæ nobrem satius admodum foret Vniuersum hoc Platónico more, quasi Dei statuas honorare; & quæ in eo excellentiora sunt, tamquam certiores statuas idearum, quam Hereticorum more vituperare: impium enim esse Platonici iudicant, statuas Dei viuas ab eodem fabricatas, positasque in templo Mundano ad cultum legitimum omnibus demonstrandum despicere: Non solum itaque Mundus Diuinam mentem dissimiliter imitatur, sed imitatur quoque similiter. *f en. 1. li. 9. cap. 4.* Cæterum & alibi f Plotinus asseruerat, Tum vero quenam pulchrior illius intelligibilis Mundi imago fieri potuit? quis enim ignis alter imago melior intelligibilis ignis quam noster hic ignis esse potest? Item quæ terra præter hanc post illam terram? & quenam sphaera perfecta magis atque veneranda, ac motibus ordinatior post illam intelligibilis mundi in seipso complexionem? Denique Sol post illum alter super visibilem hunc Solem, quisnam possit effingi? Sic itaque Plotino quoque Mundus est imago Dei: Cui Ficinus adstipulatur g alibi dicens, *g in en. 1. l. 4. cap. 3.* Quemadmodum in Mundo sensibili, qui Mundi intelligibilis est imago, essentia quasi materia per vitam formatur, & vita similiter per intellectum, siue qualemcumque cognitionem, quæ intelligentiam representat: sic in Mundo intelligibili intellectus quidem est actus quidam vite, vita vero est actus essentiae. Verum enim vero licet Mundus intelligibilis sit aggregatum ex omnibus intelligentijs infra Deum; quia tamen Mundus ille intelligibilis est imago Mundi Archetypi, qui Deus est, proinde Mun-

Mundus sensibilis est etiam imago Dei. Quod & adhuc ^b antea notauerat Ficinus asserens, Duos Platonici ^b en. 1. lib. 3. cap. 1. præcipue Mundos ponunt; Primum intelligibilem scilicet, Diuinam mentem Mundi huius principium, & exemplar: secundum, sensibilem, hunc scilicet sensibus manifestum, Diuini exemplaris imaginem. Et infra dicens, Sic itaque Mundus corporeus superioris imago est, incorporeum Mundum referens velut exemplar; adeoque simulachrum summi Dei. & adhuc infra ^k scribit, Iam ^k cap. vk. vero si quis posset totius Mundi visibilis ornatum totum uno simul intuitu contueri, supra modum admiraretur, ac velut ex imagine quadam facilius mundum intelligibilem opificem huius suspicaretur, sed admodum pulchriorem. Sic ergo Mundus est imago Dei, quod etiam Steuchus obseruauit inquiens, ^l Imaginem ^l 3. de per. autem Dei esse hunc Mundum saepe prædicauerunt, habetque profundissimum mysterium: non potest enim isto Mundo maius præter Deum cogitari: Immensitas autem Dei, quæ nequeat intelligi, & percipi, rerum nostrarum indicijs significatur: Quod si Deus est maximus, immo vero infinitus, certe non habet nisi Mundum sui magis simile. Erit autem Mundus apte imago Dei, si prius consideres naturam rerum verarum, atque imaginum ipsarum: si consideremus quid inter exemplaria intersit, primasque ipsas res, atque earum simulachra: Ecce enim quam varia multi pliciaque sunt simulachra, referentia scilicet res ipsas totas, vel earum aliquam partem, interiorem, vel exteriorem substantiam, & qualitatem, ut filij parentes suos: referunt enim cum primis humanitatem, quam ab eis acceperunt, nonnumquam ingenia, saepe colores, ac lineamenta, gestus item, ceteraque id genus: sunt alia rursum simulachra similitudinem tantum eorum, quæ representant, reddentia; interuallumque est a simulatis ad vera maximum; sic Mundus est imago Dei, reiecta quidem natura corporea; sicut ex imagine humana in lapide, reiectis naturæ lapidis accepta tantum humana effigie: ut in lapide cognoscis Hominem, sic in Mundo Deus tibi representatur: Nihil enim cogitabit homo, toto Mundo maius; sic quæ magnitudinem Dei nullis visibilibus exem-

plis (quoniam infima sunt, exiguaeque omnia) possis colligere, apparet tibi in toto Mundo. Cogites igitur Deum ita maximam, vniuersalemque Naturam ubique presentem, omnia videntem, audientemque, cuncta continentem; nulla re complexum notionemque eius aufergente, sicut in Mundo cuncta continentur, nihilque non est in eo, per omnia circumeunte, seseque extendente. Quid autem cogitabis de Deo verius? quando si non humana mediocritas, minus item cetera animalia, terrestres, aquaticae, aeriaque res vllatenus, propter non modo mediocritatem, sed cetera dissimillima, potuerunt animis eum exhibere nostris, ut indignissima sit cogitatio, perinde si nescienti Leonem, quis Muscam, aut Formicam ostenderet, simile quiddam Leonem esse dicens: sic quicumque Deum alicui mundanae rei assimilet, plurimum de maxima Natura detrahat: ut si Mundum ipsum, quis non maiorem, quam pingi solet, asserat? Est igitur Deus maximus Mundus, sicut diuersa ratione, Homo parvus: est Mundus sapientiae, Mundus sanctitatis, Mundus intelligentiae, Mundus vitae, rationum, formarum: sed quoniam haec inuisibilia, & ipse inuisibilis Mundus, constans, si dicere fas est, sed constans tamen ex inuisibilibus rebus: ita quidem constans, ut non ex alienis, sed suis, coque maximus vnus Mundus. Proin qui Prouidentiam (pauci tamen) sustulerunt, Deum non putantes sentire, nosseque mortalia, non viderunt huius Mundi magnitudinem, nec senserunt eum ita ubique presentem, sicut ausurgere non potes, quin semper a Mundo videaris, continearis. Hac ratione, Iouis omnia plena dixerunt. Et Aratus, omnes semitas, ubicunque concilia sint hominum, omne mare, portus omnes, esse Ioue plenos, tamquam Mundo inuisibili, omnia inuisibiliter amplectente: m Virgil. Prædicanit hoc ille, m qui per Cælum, liquidumque elementum, si-
6. Aeneid. dera, atque astra, totamque molem, ac magnum Mundanum corpus immiscere eum sese dixit, aspectans & ipse inuisibilis istius Mundi vastitatem, per omnia sic inuisibiliter pertinentem, sicut per omnia visibiliter diffunditur visibilis Mundus. Eadem ratione Deum dixerunt animum per omnes Mundi partes intentum, & comitantem, ex quo nostri animi carperentur: Vtique per omnes mundi partes inten-

De Mundi, & Hominis Analogia. 85

tus equat necessario totum Mundum visibilem inuisibiliter. Hoc dixit Pythagoras, maiorum Theologiam inuitatus, eamque predicans posteris. Hinc quoniam Mundus est imago Dei, dixerunt Pythagore & Plato est eos secutus, Deum, qui Mundus ipse intelligibilis esset, creasse Mundum ipsum, ut quasi Mundus ex Mundo sit natus, mixtibilis ex inmixtibili, minimus ex maximo, temporeus ex aeterno, corruptibilis ex incorruptibili, visibilis ex inuisibili. Et Plato sicut in isto Mundo cuncta animalia visibiliter, sic τὰ γὰρ πάντα τῶν αἰσθητῶν ἐκείνο ἐν αὐτῷ περιλαβὼν ἔχει, καὶ διὰ τὸ ὁ κόσμος, ἡμεῖς, ὅσα τε ἄλλα σπέρματα σπέρσκειν ὁρατά: Intelligibilia, vel inuisibilia, Mundum illum in se esse complexum; quemadmodum ipsi ceteraque animalia, continentur ab isto. Sentiens reor inuisibilia animalia, quæ Mundo Diuino continentur, esse fontes illos, originesque rerum, quibus infinitus sapientiæ diuinæ exuberat thesaurus, maximusque est Mundus ille, plenus ordinum, ac rationum, plenus formarum, vntōν, non visibilium, sed sola cogitatione licet debiliter apprehensibilium more Diuino. Et Timæus Pythagoreus ipsum item Deum vocat Ἰδὲ δὲ τὸν κόσμον, Mundum exemplarem, quasi is cum illo gerat similitudinem: sed continens iste cuncta visibiliter, ille, ut illi loqui solebant, diuine mentaliter, sapienter, intellectualiter: non ad morem istius, qui corporaliter, corruptibiliter, visibiliter continet, & diffunditur, sed modo quodam superiore, qui dicitur vntōς, per modum mentis, sapientiæ, ratione a corporibus varia. Hancque illi diuissimam creati Mundi rationem assignauerunt, quod corporeus, parvusque mundus, profectus est ex maximo, in quo rationes, formæ, principia, causæ, erunt & sunt, originesque innumerabiles. Neque enim ex nihilo factus est iste Mundus, sed factus ex originibus in maximo Mundo contentis, ex quibus ita tanquam seminibus suis cuncta in isto nasci potuerunt, sicut secreto, arcano, naturalique modo, in seminibus rerum, sunt formæ earum. Sic itaque Mundus est imago Dei: cuius & hominem esse ac imaginem contestantur omnes fere scriptores: nam Aristoteles non vno in loco tribuit Homini Diuinitatem; in primis enim ait,
Quale

13. de part. n Quale hominum genus est; quippe ad unum ex omnibus animali-
 2 cp. 10. bus nobis cognitis Diuinitatis particeps sit; aut omnium maxime.
 04. de part. Deinde scribit, o Solus enim animalium omnium erectus est homo;
 cap. 10. quoniam eius natura atque substantia Diuina est; officium autem Di-
 p 9. Hist. uini est intelligere, atque sapere. Deinceps infit, p Homo enim
 cap. 1. natura perfectissima est. Cæterum apertissime q sacra pa-
 7 Genes. 1. gina nos docet, Hominem factum esse ad imaginem,
 & similitudinem Dei: Quam quidem imaginem, & si-
 militudinem varij varie declarare satagunt; quia plurimi
 Sancti Doctores eam in anima rationali detegunt; Be-
 da siquidem Venerabilis ait, r Non autem secundum corpus, sed
 v Hexam secundum intellectum mentis ad imaginem Dei creatus est homo;
 Gal. 10. 4. quamquam in corpore quamdam proprietatem habeat, qua hoc indi-
 cet; quia est erecta statura, secundum quam corpus animæ rationali
 congruit, quia in celum erectum est. Lyranus etiam inquit,
 sin Genes. 1. Imago Dei consistit in anima quantum ad proprietates naturales,
 1. scilicet, memoriam, intelligentiam, & voluntatem; similitudo au-
 tem in gratuitis; & ideo similitudo est quedam perfectio imaginis;
 quia gratia perficit naturam. Iudæi autem in glossa super Psalmum,
 ponunt imaginem in anima quantum ad quasdam alias proprietates;
 primo, quia sicut anima replet totum corpus, ita Deus totum Mun-
 dum, t Hierem. Calum & terram ego impleo, dicit Dominus. Item
 q 23. quia sicut Deus vnicus est in suo seculo, sic anima vnica in suo corpore.
 Item quia sicut Deus non inquinatur sordibus orbis, sic nec anima sor-
 didibus corporis. Item sicut Deus videt omnia, & non videtur; n Exod.
 9 33. Non videbit me homo & c. sic anima videt exteriora, & non videtur.
 Item sicut Deus non dormit; x Psalm. Ecce non dormitabit, neque
 x 120. dormiet, qui custodit Israel, & c. sic anima non dormit in corpore. Sed
 ista assignati o imaginis videtur multum accidentalis; prædicta autem
 est magis propria, quia ponitur in illis potentijs animæ, per quas effici-
 tur capax insus Dei per cognitionem, & amorem. Sed si liceat
 litterali sensu sacram paginam interpretari, qua dicitur
 Homo factus ad imaginem, & similitudinem Dei, hoc
 etiam

etiam dictum esse potuit, quia ^y sicut in Diuina natura ^{y D.Th.1.}
ex sola prima persona, quæ Pater est, sine matre geni- ^{p. qu. 27. &}
tus est Filius, secunda persona; deinde in secundo signo ^{secq. ad 44}
ex Patre, & Filio productus est Spiritus Sanctus, tertia
persona Diuina; sic in Humana natura ex primo paren-
te Adam, ex eiusque substantia, sine ^z muliere facta est ^{z Genes. 2.}
Eua secunda persona humani generis; deinde ex Adā,
& Eua genitus est ^a Abel. Sic igitur Homo est imago ^{a Genes. 4.}
Dei, ut etiam Mundus. Quod alia ratione nobis expli-
cuit Macrobius, inquiens, ^b Anima autem, qui verus est ho- ^{b 2. in som.}
mo, ab omni conditione mortalitatis aliena est adeo, ut ad imitatio- ^{Scip. c. 12.}
nem Dei Mundum regentis, regat & ipsa corpus, dum a se animatur;
ideo ^c Physici Mundum magnum hominem, & hominem breuē mun- ^{c Plar. in}
dum esse dixerunt. (melius cū ^d Aristotele hominē paruū ^{Tim.}
Mundum appellasset.) Per similitudines igitur ceterarum præ- ^{d 8. phys.}
rogatiuarum, quibus Deum anima videtur imitari, animam Deum,
& prisce Philosophorum, & Tullius dixit. Quam sententiam
^a Marco Tullio Macrobius hauserat, asserente ex ^e Pla- ^{e Plar. in}
tonicorum doctrina, ^f Tu vero enitere & sic habeto, non esse te ^{Alcib. 1.}
mortalem, sed corpus hoc; nec enim tu is es quem forma ista decla- ^{f 2. de som.}
rat; sed mens cuiusque is est quisque; non ea figura, qua digito de- ^{Scip.}
monstrari potest: Deum te igitur scito esse; siquidem est Deus, qui vi-
get, qui sentit, qui meminit, qui prouidet, qui tam regit & moderatur
& mouet id corpus cui præpositus est, quam hunc Mundum ille prin-
ceps Deus: & ut ille Mundum quadam parte mortalem ipse Deus
æternus; sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Cæterum
& Cicero theoriā hanc desumpsisse videtur ex Aristotele, ut Aristoteles ex Anaxagora, & Hermotimo Cla-
zomenio; nam ait ^g Magister, Quare qui ut animalibus ra- ^{g 1. metz.}
tionalibus, ita in natura intellectum inesse causam mundi totius ^{su. 2. cap. 2.}
que ordinis dixerat, quasi sobrius comparatus ad Antiquiores vana
dicentes apparuit: istas autem rationes qui palam attigit, Anaxago-
ram fuisse scimus: attamen Hermotimus Clazomenius dicitur causam

sam prius dixisse. Sic igitur magna Mundi cum Homine intercedit in eo similitudo, quod uterque Dei quamdam imaginem præferre videtur.

Mundi, & Hominis analogia deducitur ex eo, quod Veteres Mundum pingebant sub effigie semicapri Panis. Cap. XV.



Illud etiam nobis aperit summam inter Hominem, & Mundum analogiam, quod Veteres Mundi hieroglyphicum statuebant esse figuram Hominis capripedis. Nam et si Plato in Cratylo Panem esse voluit sermonem, cuius pars superior, id est oratio vera, sit humana, & leuis; at inferior, id est oratio falsa, sit brutalis, & hirsuta; nihilominus magis placet eorum opinio, quibus Pan Vniuersum Mundum designat; quod & a nomine, quod Totum significat, & ab alijs partibus apte desumunt; & in Hymn. sane a Orpheus inquit,

πάντα καλῶ κρατερὸν, γὰρ θεὸν, κόσμον τὸ σύμπαν
οὐρανὸν, ἡ δὲ θάλασσαν, ἡ δὲ χθονα παμβασιλείαν
καὶ πῦρ ἀθάνατον. τὸ δὲ γὰρ μέλη ἐστὶ τὰ πάντες.

hoc est, Pana voco magnum, qui totum continet orbem,

Qui mare, qui calum, qui terras frugiferentes,

Aeternumque ignem: hac Panos sunt omnia membra.

syntag.
15.

In eandem sententiam Probus, relatu b Gyraldi, asserit, propter duo argumēta sub vocabulo Panos Iouem, id est Mundum coli; vnum est, quod πάν Græce significat omne, id est vniuersam naturam: alterum, quod hinuli pellis, qua tegitur varietas maculis imitatur Stellas. Mythologi & veteres persuaferunt, Pana quoque fuisse Deorum nuntium, quod ex Mundi contemplatione nos attollamur in cognitionem Intelligentiarum. Vniuersum

lib. 5. c. 6.

nerfu
Max
Deus
etus
milita
vero
rior h
ostend
pter h
vocat
baculi
Deus
ab e
sciun
duxe
quæ
para
esse
vari
No
natu
gura
beni
spid
rior
ratio
ac in
fem
re p
Nyi
ex h
Par
colo

nersum mire gubernantium, sed speciatim Dei Optimi
 Maximi. d. Seruio pariter in Bucolicis Virgilianis, *Pan* d. in cem.
Deus rusticus, in naturæ similitudinem formatus; unde & πᾶν δι- ecl. 2.
ctus est, id est omne: habet enim cornua in radiorum Solis, & Lunæ si-
militudinem: rubet eius facies, ad ætheris imitationem: in pectore
vero nèbridem habet stellatam, ut Stellas imitetur: pars eius infe-
rior hispida est, propter arbores, & feras: caprinos pedes habet, ut
ostendat terræ soliditatem: fistulam septem calamorum habet, pro-
pter harmoniam celi, in qua septem soni sunt, & septem discrimina
vocum: rhabdon habet, seu virgā, id est pedum recuruum, hoc est
baculum, propter annum, qui in se recurrit, quia hic totius naturæ
Deus est: a Poetis fingitur, cum Amore Deo luctatus, &
ab eo victus; quia, ut legimus, Omnia vincit Amor: la-
sciuum etiam & libidinosum hunc ipsum Deum intro-
duxerunt, propter copiam spermaticarum rationum, &
quæ commistione ipsarum fiunt. Eusebius item in Præ-
paratione sua & Euangelica, Pana Vniuersi symbolum lib. 3. cap.
 esse scribit; cornua ei data, propter Solem, & Lunam; 2. & 4.
 variam Pantheræ pellem, propter varietatem cælestiū.
 Non aliter f. Albricus ait, *Pan ab antiquis Diebus fuit Deus* f. de Deor.
naturæ, & in similitudinem naturæ vniuersalis fuit ab eis taliter fi- imagin.
guratus. Phornuto quoque, Talem Pana esse perhi-
bent, quia idem est omnibus: & inferior eius pars hi-
spida est & hirta, idque ob terræ asperitatem: at supe-
rior humana est figura, eo quod Mundi imperium, quod
ratione prorsus constat, æther obtineat: porro lasciuum,
ac in Venerem prouectum inducunt, quod illi naturalis
feminis adsit copia. In desertis, ac solitarium cum viue-
re ponunt, quod vnicus, ac soligenitus est Mundus:
Nymphas sectatur, quod Mundus gaudeat vaporibus
ex humido natis, sine quibus nil in Mundo gigneretur.
Pardali dicitur indutus, quia Mundus rerum varietate
coloratus maxime spectetur. Saltator, ac tripudiator

M

Pan

g. Hiero-
glyph.

h. in En-
chirid.
i. Alcib. 1.
k. in somn.
S. 17.
l. Alcib. 1.
& passim.
m. 10. ethic.
c. 7.
n. 6. ethic.
c. 4.

o. 2. phys.
1. 24.
p. phys. 1.
27.
q. 8. phys.
1. 17.

Pan dicitur, quod omni ventorum genere differatur. His assentitur etiam g. Curio dicens Pana veteribus fuisse symbolum Vniuersi. Cæterum & eodem Pane semicapro naturam Humanam facile sit ita demonstra- re; in primis enim Homo ex anima, & corpore constat; quarum illa pars superior est, & rationis compos; hoc pars est inferior, & bruta: Homo maxime anima est, vt non solum Stoici cum suo h. Epicteto statuunt, & ex Stoicis; Plato definiens hominem esse animam corpo- re vtentem, & ex Platone k. Cicero, & ex Cicerone l. Macrobius; verum etiã Aristoteles m. asserens, vnum- quodque esse id quod in eo est summum, adeoque ho- minem esse suum intellectum: & n. vnumquemque no- strum esse partem animæ intellectiuam; etsi dissideat in hoc Aristoteles a Platone, ac Stoicis; quod illi vniuer- sam hominis essentiam collocant in anima sola, corpus- que negant esse partem hominis, sed instrumentum tan- tum atque vehiculum: at Aristoteles animam vult esse partem potiore[m] Hominis, cuius & corpus sit pars mi- nus præcipua; quare Plato nuncupat Hominem animã, putans se denominationem facere a tota essentia Ho- minis, Aristoteles dum ait Hominem esse animam, vel intellectum, denominationem facit ab Hominis parte digniori: Adeoque Panos effigies magis Hominem re- præsentat Aristoteli, quam Platoni. Licet Plato in Ti- mo dicat Hominis naturam esse genuinam; rationalem scilicet, quam viri nomine censet appellandam, & sen- sualem, quæ affectibus agitatur; & correspondet bruta- li parti Panos. Deinde Homo dici potest Pan, quia in eo sunt omnia, tum tamquam in fine, vt ait o. Aristote- les: tum velut in Mundi compendio, & in p. Mundo par- uo. Si Pan cum Amore luctatus ab eo victus est; & Homo ab Amore facile vincitur, qui melius resistit alijs affe-

affe-
pien-
rum
mal-
fect-
Deo
but-
r. M
man-
mi c
sido
cup-
Mu-
met-
fron-
rium
na f
tur.

Vet

figie
salos
quid
ste in

affectibus; nam fortissimus Sampson, & Hercules; sapientissimus Salomon, & Socrates, ab Amore victi fuerunt. Si Pan est libidinosus, & Homo cunctorum animalium salacissimus est, ac in Venerem pronus, & praefecundus est natura sua; vt ait q Aristoteles. Si Pan est Deorum nuncius, & Homo maxime gaudet hoc attributo, qui solus Deos veneratur & colit, vt asserit idem Magister; & quia nos ex contemplatione naturae humanae non minus in Diuinarum mentium, Deique summi cognitionem euehimur, quam ex Mundi magni consideratione. Hac ratione nos olim significaturi nostram cupiditatem cognoscendi cum magnum; tum paruum Mundum, vt & perfecti Philosophi euaderemus, & nosmetipsos cognosceremus, sinximus velut emblemate frontispicio nostrorum operum apponi solito Mercurium scientiarum contemplationisque Deum, qui Pana fugientem insequeretur, & comprehendere nitetur. Sic ergo magna est Hominis cum Mundo Analogia.

q 4. legen.
at. c. 5.

q 30. scilicet
prol. 5.

Veteres Mundum pinxisse Humana forma obsummam Hominis cum Mundo analogiam.

Cap. XVI.



Ed & illud maximam Hominis cum Mundo similitudinem ostendit, quod Antiqui pingebant Mundum humana specie, tum Atlantis, tum etiam Argi; vt contestatur Coelius Aug. Curio in haec verba, a Mundum alio etiam modo Aegyptij Hominis effigie pingebant, complicatis pedibus eum facientes, vestem variam ad talos usque indutum, & aureum globum capite sustinentem: Pedibus quidem complicatis, propter terrae firmitatem; varia & oblonga veste indutum, propter elementorum, ac rerum, quae ex illis gignuntur,

q 1. Hier.
rogl.

Et quibus terra vestitur, varietatem, & copiam; aureum vero globum capiti eius imposuerunt, qui calum significaret sphericum & circulare, eius motum. Ego vero potius dixerim per aureum globum significari Mundum intelligibilem supra Mundum hunc sensibilem collocatum: & Mundum sensibilem vnica Hominis effigie repræsentari; cuius pedes complicati, & caput veluti sub pondere incuruatum, nobis quoquo pacto referrent Mundi figuram orbicularem. Idem etiam Coelius paullo post, inquit. *Argus, Mundi machina. Argus circa totum caput oculos habens, de quo sic canit*

br. net. m.

b. Ouidius,
Centum luminibus cinctum caput Argus habebat;

Inque suis vicibus capiebant bina quietem;

Cætera seruabant, atque in statione manebant.

Et Statius,

Spectat in occiduis stellatum visibus Argum.

Hic inquam, vniuersæ Mundi machinæ typus est: cuius caput cali præfert imaginem, oculi stellarum, quæ inferiora omnia custodiunt, & fouent. Voluerunt etiam Theologi symbolici Mundum animal esse; idque sub Argi imagine significarunt. & mox. Et igitur Stella, ac sidera huiusce mundi oculi sunt; sic herbe arbores & plantæ omnes capillorum locum obtinent; metalla vero, & lapides, ossium: nil mirum igitur, si sub Argi imagine Mundum vniuersum comprehendit Aegyptiorum theologia. Sed nos addimus recte versus Ouidij citatos Mundi, & Hominis Argi analogiam repræsentare; quoniam Argus non in toto corpore, sed in solo capite gestabat centum oculos; quia Mundus non in tota mole sua stellarus est, sed in suprema sui parte tantum, quæ cælum dicitur; vnde non bene pictores Argum efformant oculatum toto corpore. Deinde statuens Ouidius Argi duos oculos quiescere somno sopitos, dum cæteri vigilarent; indicat nobis duo Mundi hemisphæria; in quorum inferiori dum Sol,

&

& Luna veluti dormientia nobis veluti somno sopita lumina noctu quiescunt, in nostro superiori hoc hemisphaerio ceteræ stellæ cæli velut in Mundi capite vigilantes, & custodiunt nostratia: quod & e Mythologus lib. 2. c. 18 innuit, inquit, Iuno Argo, cui centum erant oculi, illam seruandam concessit, quia cælum, cui plurimæ sunt stellæ tamquam oculi, assidue terram intuetur, & ob suum cursum tempora assidue varians plurimum adiuvat ad fertilitatem: Harum stellarum, siue horum oculorum, altera pars dormit, altera vigilat, quia semper dimidium cæli videtur Sole illustrari, quum dimidium stellas frequentes ostenter; atque stellæ, quæ Solis lumine obscurantur, dicuntur dormire. Sed & Antiqui Mundum humanam formam pingebant, dum Serapidis simulacro vniuersam Mundi molem significabant; ut adnotat d Valerianus; Aegyptij namque id sibi numen pro rerum natura consinxere; nam & cælum pro capite dicebatur habere, & oraculum de seipso edidit in gratiam Nicocreonis Cyprij regis in hæc metra,

Sum Deus, ut discas, talis, qualem ipse docebo,

Cælestis Mundus caput est, mare venter opacum,

Terra pedes, aures versantur in æthere summo,

Lux, oculi, quam Solis habet splendentis imago.

Vbi animaduertendum, ventrem pro mari, & viceversa, mare pro ventre etiam apud alios accipi, præsertimque apud coniectores: nam e Hippocrates Cōis hominis sententiam secutus, cum agrotum, qui per nocturnam imaginem mare perturbatum viderit, morbo ventris tentari coniecit, idque minime contemptui habendum iudicat, qui adhibitis remedijs, quo nutrimenti curandus sit, statim docet. Quum itaque veteres per Serapin vniuersam Mundi molem, & ipsa rerum principia intelligerent, certatim cum templis magnificentissimis honorarunt;

lib. 2. c. 18

d hierogl.
32.

e lib. de insomnijs, inf.

f in Atti-
cis.

310.8. dli.

190.11. dli.

g hierogl.

52.

h9. metam.

i hierogl.

18.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

10.11. dli.

runt: cuiusmodi ea fuerunt, quæ in Memphi, & in Alexandria celebrabantur. Pausanias f Athenis etiamnum templum Serapidis fuisse narrat Ptolemæi in gratiam structum: inuaserat autem Ptolemaum Lagi superstitio ex Dæmonis apparitione, qui iusserat, ut apud Eustathium est, mitti nauem, quæ appulit Phocidi, & accepto inde oraculo, Sinopen accessit, indeque Iouis Serapidis simulacrum transtulit, quod quidem cuiusnam esset materiæ discerni non poterat, nempe ut Chaos ipsum, cuius symbolum erat, præseferret. Et quod illi simulacrum in templo Alexandriæ ita vastum erectum est, ut dextera vnum parietem, alterum laua perfringeret, ex omnibus metallorum lignorumque generibus compositum ferebatur, ut nihil non complecteretur quod terra vel proferat, vel intra viscera abditum occultarit. Alij Mundi molem indicabant infante sedente in arbore Loti; quod & ex Iamblico ad Porphyrium monet g Cælius, & ex b Ouidio, apud quem mater ita loquitur,

Hunc tamen infantem maternis demite ramis.

Et data nutrici, nostraque sub arbore sæpe

Lac facitote bibat, nostraque sub arbore ludat.

Insuper Aegyptij mundum Vniuersum ex mare atque femina constare profitebantur, ut idem i Valerianus obseruat. Sic igitur Mundus antiquitus Homini figura pingebatur, adeoque mira proportio spectatur inter Mundum, & Hominem.

Mundi partes integrales mirifice representari a partibus integrantibus Hominem. Cap. XVII.

NEc reticendum est, admirabilem inueniri proportionem inter partes Mundum integrantes, & mem-

membra corpus humanum constituentia, quia quum
 Mundi quinque sint partes integrantes, cælum, ignis
 elementum, aer, aqua, & terra: Cælum suprema Mundi
 pars ornata sideribus, inter quæ maxime præstant Sol,
 & Luna; figuram habet sphæricam, circulari motu mo-
 uetur; ac *a* Dei peculiare domicilium celebratur. Tale *a2. cæl. t. 2.*
 quid est caput in Homine, suprema corporis humani
 pars, ornata sensibus omnibus, inter quos maxime præ-
 stant cum extrinsecus visus, & auditus; quorum ille Soli
 correspondet a seipso videnti; hic Lunæ, quæ ab alio lu-
 men mutuatur; vt auditus non nisi ab alio dicta, & præ-
 monstrata percipit, vel oculus dexter Soli, sinister Lunæ
 comparatur; quia Sol *b* diei præesse dicitur, & Luna no- *b* Genes. 1.
 cti, tum intrinsecus sensus communis, & phantasia; quo-
 rum ille Solem æmulatur, hæc vero Lunam; quia vt Sol
 omnibus astris lumen impertiri dicitur, sic sensus com-
 munis omnium sensuum exteriorum operationes com-
 plere constituitur a *c* Themistio: vtque Luna recipit a
 Sole quicquid in se luminis habet, ita phantasia notio- *c* 3. de an.
 nes omnes suas a sensu communi sibi mutuatur. Caput *c. 8. t. 47.*
 figura donatur orbiculari, & motu circulari quoque
 mouetur in omnem partem: estque sedes animæ ratio-
 nalis, ac mentis, vt ait *d* Plato scribens in hanc senten-
 tiam, Principio Dii figuram capitis ad rotunditatem mundi fixere,
 in eoque duos illos animæ diuinos circuitus statuerunt. Est autem ca-
 put membrum corporis diuinissimum, reliquorumque membrorum
 princeps; cui totum corpus connexum Dii subesse & parere iusserunt:
 excogitauerunt enim motuum omnium quocumque esse queant,
 compos id fore. per duos animæ circuitus diuinos in capite
 degentes Plato nobis intellectum, & voluntatem desi-
 gnat: sic cælum corpus *e* diuinius cæteris elementis, & *e* 1. cæl. t. 13
 cætera *f* connexa esse cælo, illique subesse, ac parere, *f* 1. meteor.
 monuit etiam Aristoteles. Sub cælo in Mundo collocat- *cap. 2.*
 tur

tur elementum ignis caloris fons : sub capite in humano corpore pectus continetur, in quo cor situm est viscus calidissimum, ac fons & principium totius caloris naturalis. In Mundo sub igne reperitur aer velut illum temperans ; & in humano pectore pulmones aere semper pleni sunt ad æstum cordis, eiusque calorem igneum refrigerandum a natura instituti : sub aere in Mundo magno reperitur elementum aquæ vni terræ medium vniuersi occupanti circumfusum in multa maria distributum ; & in humani corporis centro ventriculus est, veluti terra cunctis partibus alimenta ministrans, yndique circumdata ab hepate, vesica fellea, & vrinaria ; quæ repleta humoribus veluti maria sunt ; nam vrinaria vesica repræsentat Oceanum trans Americam, hepar sit Oceanus cis Americam, & iecori appensa cystis sit Mediterraneum ex Oceano veluti pendulum. Quam quidem proportionem terræ cum ventriculo mire detexit post * Hippocratem Aristoteles ; Hippocrates enim libro de Humoribus ventris officium terræ muneri comparat huius arboribus alendis illud animalibus ; vt notauit etiam Scalliger. Aristoteles autem ait, *g* Sed vt os animalis cibi inconfecti meatus est, atque etiam pars ei annexa, quam gulam appellant, cibum quibus data est animalibus vsque ad ventriculum deducit : sic alia quoque adesse principia oportet, quorum opera membra omnia corporis ex ventre, naturaque intestinorum, quasi præsepi pabulum capiant : stirpes enim siue planta suis radicibus alimentum iam confectum ex terra hauriunt ; quocirca ne excrementum quidem contrahi in stirpibus solet ; terra enim caloreque eius perinde ac ventre vtuntur : at animalium genus omne fere, sed aperte quæ incedunt, quasi terram intra se continent sinum ventris, ex quo vt illæ radicibus, ita hæc aliquo intercedente cibum assumere debent. Sed insuper vt h Aristoteles Mundum distinxit in tria elementa corporea, & in tria loca illis proportionata ; nimirum in elementum

* lib. de insomn. apocel. 33.

g2. de part. ar. cap. 3.

h 1. cel. 1. 91.

gra-

graue, cuius locus est circa medium Mundi; quod ele-
 mentum graue compactum est ex terra, & aqua: in ele-
 mentum grauitatis, & leuitatis expers, quod natura sua
 circulariter mouetur, & extremam Mundi sedem occu-
 pat, ac proprio nomine cælum dicitur: tertium elemen-
 tum leue, quod medium locum sibi vendicat inter Mun-
 di centrum, & extremum; quod elementum conflatum
 est ex igne, & aere; quorum ille simpliciter leuis, hic est
 leuis secundum quid: ita plane in homine tres ventres
 inueniuntur, ceu tria loca viscerum, ac principalium mē-
 brorum; circa medium humani corporis, quod est: vm-
 bilicus, vt ait Galenus, & innuit k Aristoteles, distin-
 guens in animalibus medium animalis, quod censuit esse
 cor, siue pectus, a medio corporis, quod putauit esse
 vmbilicum; vt in Mundo posuit medium magnitudinis
 terram, quæ centrum est; & medium rei, ac naturæ igne,
 qui leuis existens medius est inter grauia, & neutra, quæ
 cælestia sunt: vt autem supremum caput ætheris, medium
 pectus igni, infimus vmbilicus terræ proportionatur: ita
 circa medium humani corporis, quod est vmbilicus, vt di-
 cebamus: est venter imus, abdomen appellatus, in quo
 est, & ventriculus terram referens; & hepar, vesica fel-
 lea, & vrinaria, quibus lienem ab Hippocrate metropo-
 lim * aquæ dictum, & testes, ac renes, aquosæ humidita-
 tis conceptacula, veluti paludes, & lacus vtrique Ocea-
 no, & Mediterraneo adiungi possunt in elementum
 aquæ circa terram conformandum. Sane terræ propor-
 tionatus est vmbilicus quidem in animali nondum nato,
 ventriculus autem in animali iam nato; nam animal in
 vtero sibi nutrimentum sumit ex vmbilico; extra vterum
 ex ventriculo, tamquam ex terra. In extremo corporis
 humani supremus venter caput est sensibus conspicuū;
 quod nuper vidimus cælo mirifice correspondere; inter
 N caput,

i2. de deer.

c.4.

k 2. cal. t.

74.

* de Geni-
tura.

caput, & ventrē inum medius est thorax; in quo cor, & pulmo, ignē, & aerem apte repræsentantes collocantur. Quare mira proportio est Hominis cum Mundo in partibus integrantibus vtrumque, & in vtriusque conformatione. Vt optime dixerit *l* Aristoteles, Hominem esse paruum Mundum; & scite constituerit vicissim Cœlius in suis Antiquis *m* lectionibus, Mundum esse magnum hominem. Quin vt præter Mundi partes præcipuas ita dispositas, venti maxime perflant omnem regionem elementarem; & animantium generationes maxime fiunt in loco grauium; sic plane in homine flatus rugientes, & inordinate discurrentes, sonitusque tonitrua præferentes non in capite, sed potissimum in pectore fiunt, & abdomine; in quo testes, & alia viscera viuientium generationi dicata collocantur. Sic ergo miram habemus analogiam Mundi, & Hominis ex vtriusque partibus integrantibus. Quam & Ficinus apud *en. 4. l. 4.* Plotinum tetigit inquit, *c. 41.* Qualis est in quolibet animali perfectio textura nervorum, atque venarum; talis in mundano est animalis naturarum contextus, atque vitarum: sicut ergo motio passioque pedis in nobis pertinet ad cervicem, & cervicis ad pedem, sic & in mundano hoc animalis motus inferiorum ad superiora proveniunt; atque vicissim; & quasi aequalium similiter ad aequalia. Omittimus ad hanc rem passim propositos capillos, & pilos in proportionem arborum, & stirpium; ossa in similitudinem lapidum; qua de re Deucalion apud *o* Ovidium *l. 1. metam.* Magna parens terra est; lapides in corpore terræ Ossa reor dici.

præterire libet venas, & arterias in similitudinem fluminum; & sinus cordis in imaginem fontium; de quibus pulchram habemus Hippocratis sententiam *p* afferentis, Cordis duo ventriculi fontes sunt humane nature, & hi flumina sunt quibus totum corpus irrigatur; atque hi etiam vitam homini

p lib. de
cord.

mini

mini conferunt; & ubi refecati fuerint, homo moritur. quia non
ita Mūdi, & Hominis analogiā patefaciunt, vt superiora.

*Mundi cum Homine similitudo mira conspicitur
ex partibus utriusque essentialibus.*

Cap. XVIIII.

DArtes essentielles vbique duæ sunt, forma,
& materia; his enim solis vniuscuiusque
compositi essentia constituitur; hæ in
Vniuerso sunt Deus, & natura corporea;
quas ita se habere ad inuicem, vt Deus sit
Imperator, & reliqua entia mundana ve-
lut eius imperio subditi natura parere debeant, certum
est ex Aristotele; qui primo ^a statuens, Mundum esse ^{a 12. metā.}
vnum specie, ac numero, quia primum quod quid est ^{c. 49.}
vnicum est specie, ac numero; quum primū quod quid est
sit prima forma, & prima forma sit Deus; clare iam Deus
Aristoteli est forma Vniuersi, adeoque præcipua pars
essentialis Mundi. Deinde scribens, Intellectum inef- ^{b 1. metā.}
se in natura causam Mundi, & ordinis omnibus; aperte ^{su. 2. c. 2.}
docet Deum esse formam Vniuersi; nam intellectus in-
fra Deum non potest esse causa omnium; quippe om-
nium causa solus est Deus, qui solus est independens: &
causa ordinis non potest esse pars illa essentialis, quam
materiā appellamus; quum ^{c 1. metā.} Auerrois testimonio Phi- ^{c. 17.}
losophus constituerit, in fundamento naturæ nihil esse
distinctum & ordinatum, quia materia rebus omnibus
imperfectionem, in ordinationem, & confusionem inge-
rat: Deinde Deum esse id in Mundo, quod Imperator
est in exercitu; Princeps in ciuitate, ac rex in regno, non
semel nos docuit Aristoteles, tum vbi ait, ^{d 12. metā.} Deum in ^{c. 52.}
Vniuerso esse optimum Mundi, ad quod omnia entia

N 2 sunt

sunt coordinata, vt in exercitu Phalanges omnes ad
 vnum ducem coordinantur, qui est bonum totius exer-
 citus, ac illius forma, imperans militibus omnibus veluti
 12. meta. subditæ sibi materie; tum vbi statuit, e Vnum esse prin-
 1.56. cipem Vniuersi, qui omnia entia bene gubernat; nam
 a multis principibus non ita bene gubernarentur, vt de-
 f. de mund. cet; tum vbi decernit, f cunctorum, quæ rerum natura com-
 1.7. plectitur; cum seruatorem esse Deum, tum vero quæcumque in hoc
 mundo quoquo modo perficiuntur, eorum omnium genitores esse;
 perinde atque cunctorum, quæ humana natura comple-
 ctitur cum seruatricem esse rationalem animam, tum ve-
 ro quæcumque in humano corpore quouis modo per-
 ficiuntur, eorum omnium esse genitricem: tum vbi paul-
 lo post addit, Atqui statuere nos oportet magni ipsius regis fasti-
 gium, præut quidem est Dei eminentia, qui pro potestate Mundum
 tamquam prouinciam obrinet; & mox, Quare augustius id, decen-
 tiusque existimandum est, Deum summo in loco esse collocatum, numi-
 nis vt tamen eius vis per vniuersum mundum pertinens, tum Solem,
 Lunamque moueat, tum calum omne circumagat; simulque causam
 præbeat eorum quæ in terra sunt, salutis atque incolumitatis. Itaque
 Mundus ex Deo, & vniuersa natura corporea velut ex
 imperante ac subdito, ceu ex duabus partibus essentia-
 libus constituitur, vt Homo ex anima & corpore; quod
 1. meta. & Aristoteles asseruit, tum vbi ait, g Quare qui vt animali-
 1.2. cap. 2. bus, ita in natura Intellectum inesse causam Mundi, totiusque ordinis
 dixerat, quasi sobrius comparatus ad Antiquiores vana dicentes, ap-
 1.7. eudem paruit: tum vbi scribit, h Homo ex imperante subditoque consti-
 1.19. titur; nimirum ex i animo, & k corpore, vt alibi do-
 1. de an. cet Aristoteles. Sed gubernationem corporis ab ani-
 1.82. ma persimilem esse gubernationi Mundi a summo Deo,
 k 1. polit. præclare demonstrat Cælius inquiring, l Deprehensum por-
 1. lib. 24. ro est, in natura rerum duplex esse regimen; vniuersum, & particula-
 1. cap. 30. re: Vniuersum quidem, quoniam præpotentis Dei moderatione omnia

con-

contineri nemo non, qui modo constet mente, dabit facile: particularis autem principatus præcipue dispensationi Diuinæ persimilis in homine reperitur: Quæ ea ex causa etiam minorem mundum distitari, per sepe videmur legisse, quod vniuersi moderamini in ea comperiatur forma: nam quemadmodum vniuersa corporea creatura, & virtutes spirituales omnes Diuino subiiciuntur gubernaculo; compari modo & membra corporea, & animales virtutes magistra ratione reguntur, atque eodem fere pacto se in homine ratio habet, vt Deus in mundo. Verum similitudo moderamenti huius ratione quoque alia librari perpendique potest: Hæc siquidem in nobis est, non solum quia ratione regatur homo quilibet, sed etiam quoniam hominis vnius præstide ratione multitudo gubernatur: quod regij muneris maxime videtur; quando & in animantibus quibusdam quæ socialiter viuunt, quadam regiminis huius conspicitur proportio: veluti in apibus: nec id tamen rationi imputandum; sed natura instinctui a summo regente inducto, qui & est & dicitur autor natura. Quamobrem id regi principique viro dispiciendum in primis, vt regno ita demum sibi præsidendum opinetur, sicuti corpori præsidet anima, & amplius veluti Mundo Deus. Itaque mira proportio reperitur in partibus essentiam Mundi, & Hominis constituentibus; quarum vna in vtroque forma est imperans in Mundo Deus, in Homine Animus; altera in vtroque materies est corporea subdita formæ, ab eaque gubernata. Sed in eo forma hominis intellectus etiam imitatur formam Mundi Deum; quod vt Deus est forma formarum, ita intellectus in Aristoteli dicitur esse forma formarum: sane Deus est forma formarum simpliciter omnium conditrix & gubernatrix: intellectus in homine est forma formarum omnium intelligibilium effectrix, & motrix, ac moderatrix: vtque Deus in Mundo est forma formarum omnium præstantissima, sic intellectus in homine est forma formarum omnium humanam naturam actuum perfectissima.

m 3. de an.
t. 38.n 3. de an.
t. 17. 18.o 1. de an.
t. 82.

Mundo, & Homini pariter inesse charagma Mundi intelligibilis. Cap. XIX.



a 8. phys.
t. 17.

b 1. cæl.
t. 98.

c 1. cæl.
t. 100.
d 1. de im.
an. c. 3.

e 1. nat. qu.
cap. 19.

f 1. de part.
cap. 5.
7. eudem.
cap. 18.

g 12. meta.
t. 37. 49.
52. 56.

h 1. cæl.
t. 100.

i 12. meta.
t. 37.

k 1. cæl.
t. 100.

l 12. meta.
t. 52. 56.

m 1. cæl.
t. 100.

n 12. meta.
t. 53. 56.

o 12. meta.
t. 37.

Aristoteles præter Mundum paruum, quem
a Hominem esse dixit; & Mundum magnū,
quem constare statuit ex vniuersa materia
b corporea; tertium quoque posuit Mun-
dum intellectualem, quem extra Mundum
sensibilem c ordinauit; quam theoriam d alibi tactam
præstat hic etiam referre; nam ad Aristotelis aures, præ-
ter Mundum paruum, dicimus inueniri duplicem Mundi-
dum, quia datur geminus rerum ordo; quoniam Mundi
forma, si non essentiam constituens, vt placuit e Ale-
xandro, saltem essentiam necessario consequens ordo
est; est autem Mundus vnus corporeus, atque sensibilis;
in quo ponitur esse Deus Optimus, veluti forma f om-
nibus assistens, omnia recte g gubernans, omnibusque
rebus h tribuens esse, ac viuere; alter vero Mundus, seu
rerum ordo est intelligibilis, & incorporeus, de quo sic
i infit i Aristoteles, Intelligibile vero alter ordo est, qui per seip-
sum est, & huius substantia prima; atque huiusce que simplex, & se-
cundum actum est: Quem rerum ordinem, seu Mundum in-
telligibilem ponit k Aristoteles extra supraque omnem
naturam corpoream, vbi neque locus est, neque motus,
neque tempus, neque vacuum, neque corpus: Ac sane
l vti Mundus corporeus, & sensibilis i Aristoteli est co-
ordinata congeries omnium rerum corporearum, &
sensibilium a summo Deo, seu a Mundo intelligibili in
m esse pendentium, & optime n gubernatarum: Ita
Mundus intelligibilis, & incorporeus est pariter coordi-
nata congeries omnium substantiarum o intellectua-
lium, & incorporearum adinuicem, a summo Deo in ef-
se

se per
Mund
cogn
Alga
lectu
Etuali
hic A
bilis, a
sa prin
ruin r
catas,
bilis M
temp
teriali
interc
tatem
enimy
nere s
Mund
nem b
sensib
mund
Homi
tro hu
rarius
biens,
que in
sed amp
lentia a
uens;
cus inter
in hor
Elemen

se pendentium, & gubernatarum eminenter. Quos duos
 Mundos in Peripato tam clare positos ab Aristotele,
 cognouit etiam Commentator Auerroes, qui scribit ad
 Algazelem, *p. Attamen non est sic in materialibus, sicut est in intel-* *p. 1. disp.*
lectualibus; qui autem assimilat hunc mundum materiale, intel- *destruct.*
lectuali, est ex eis, qui sequuntur cortices rerum: non negat tamen
 hic Auerroes analogiam, & similitudinem Mundi sensi-
 bilis, ac intelligibilis nisi in emanatione vtriusque a caus-
 sa prima; quod nobis in præsenti non repugnat: Cæte-
 rum res intellectuales, nomine Mundi intelligibilis indi-
 catas, Aristoteles vere dicit esse *q. supra extimam sensi-* *p. 1. cæli.*
 bilis Mundi lationem, ubi non est locus, nec motus, nec *t. 100.*
 tempus, nec vacuum, nec etiam corpus; non quidem ma-
 terialiter nobis designans localis distantie corporalem
 intercapedinem, sed formaliter aperiens nobis diuersi-
 tatem naturæ; vt latius *7. alibi* confirmauimus. Verum *1. de im.*
 enimvero possumus etiam Mundum intelligibilem po- *an. cap. 3.*
 nere supra, & extra sensibilem in Empyreo: Quorum
 Mundorum ad seinuicem, & cum Homine proportio-
 nem belle tetigit *7. Coelius*, qui distinguens Mundum *lib. 2. cap.*
 sensibilem in cælestem, & elementarem, his & supra *18.*
 mundano Mundo spirituali quartum Mundum adiecit
 Hominem; & sane vt supra, & extra Hominem in cen-
 tro huius vniuersitatis degentem est Mundus elemen-
 tarius; extra elementarium cælestis vndique ipsum am-
 biens, & supra cælestem Mundus intelligibilis; ita inquit,
que in Mundo videntur infimo, in superioribus item per noscuntur,
sed ampliora augustioraque; siquidem nostra hæc ab sublimium excel-
lencia abire longius & degenerare: Est apud nos elementaris ignis
vrens; est in calo igneus sol fouens viuificansque: postremo seraphi-
cus intellectus ultramundanus ignis amore ardens: addi potest,
in homine Cor igneum est principium caloris natini.
 Elementaris aqua calorem perimit adobruitque vitam, alit cale-
 stis:

flis: supercaelestis mens cherubica intelligentia supereminet: dici
Genes. 1. poterat, caelum Hebraeis dici hoc nomine *tibi aqua; &*
psal. 148. super caelos aquas poni in sacra u pagina: sed & in hu-
cap. 17. mano corpore aquam referunt pituita, & serum: supe-
 rius in homine terram vidimus, aerem, & alia corpora
 Mundum sensibilem integrantia: & sane, quae terrae sub-
 caelesti correspondeat in Caelo Lunam ab *y* Aristotele,
 & ab *z* Auerroce, quin & ab Aegyptijs discere poterat
 Coelius; qui notatum alterius *t* Coelij duplicem tellu-
 rem statuunt, superiorem vnā, quam Lunam in caelo
 vocant; inferiorem alteram, quam terram in centro
 nuncupant, quod & Pierius collaudat asserens Pytha-
 gorae Lunam modo terram caelestem modo terrestre ce-
 lum appellari; Aristotelique dici terrae similem. Sed non-
 ne hoc ipse *** notauit? Sunt vero qui quartum asseruant mun-
 dum, in quo item recognoscamus quae in reliquis: hic non est alius
 quam homo; de quo id extritum passiuumque circumfertur, esse uti-
 que hominem Mundum, sed minorem; cuius commemorat etiam
 Aristoteles; cuius sit corpus elementare, spiritus *b* caelestis, ve-
 getalis potentia, cuiusmodi in plantis; sensus, perinde ac in brutis;
 ad sit demum ratio, & mens angelica, & Dei charagma insignitius.
 Sed & Mundus ipse, magnus dicitur homo. Verum audi praesignem
 rerum excellentiam, audi quod admirari non desinas; Tres esse mun-
 dos, liquet: sed esse in homine simulacra omnium, nec dum forte li-
 quet; at qui sunt quidem argumento, quod nequaquam refelli, aut dilui
 possit: sic autem manifesto deprehendas, si hominem trifariam di-
 stribuas; ut sit caput portio prima, quae & summa: mox secunda,
 quae media, ab collo ad umbilicum spatietur; reliquam habeant ima
 corporis: hac ex amissim ratione exactissima tribus mundis analogi-
 ce respondent: Caput rationis mentisque sedes est: in pectore Cor,
 motus, caloris, vitae continet principia: genitalis portio, seminarium
 productionis est. Mundus itidem Angelicus, siue intellectualem
 maius nuncupare intelligentiam habet, ut scopum in mundo mediano

vita,

De Mundi, & Hominis Analogia. 105

vita, calor, motus fontem habent; ubi cordis vice fungitur Sol, immo-
que cali cor saepe appellatur: noster vero Mundus (ut palam est) tum
generationis, tum etiam corruptionis conceptaculum. Sed nos
hæc aliter, & superius, ac diligentius ex Aristotele, rei- cap.
que natura discussimus.

*Mundi, & Hominis analogia deducitur ex eo quod
uterque veteribus pingebatur sub anguis
imagine. Cap. X X.*



Ierij a testimonio, Mundum uniuersum Aegy- a hierogl.
ptij sacerdotes scribere volentes, anguem, qui cau- 14.
dam propriam depasceret, cumque varijs insi-
gnem maculis pingebant: de quo Claudianus,
Perpetuumque virens squamis, caudamq; reducto
Ore vorans tacito relegens exordia lapsu.

Quod dubio procul significat omnia, quæ diuina providentia in mundo
generantur, ab eodem quum solui cæperint, siue paulatim imminui
atque deficere, in sese recipi, fierique illud propemodum, quod apud
quosdam Aethiopia populos assiduo est in usu; qui quum nullo alio
nutriantur cibo quam piscium, humana deinceps cadauera piscibus
obiectant, victum quem ab eis acceperant ex seipsis rependentes: Hæc
vero cauda ab suo animali corrosa, receptæ autoritatis assumptum
illud significat, quod uno omnium consensu fertur, decrementum
vniuscuiusque rei alterius incrementum esse. Aiunt vero Phœni-
cum hoc fuisse hieroglyphicum, per draconem in orbem redactum,
caudamque suam deuorantem, id exprimere, ut appareat Mundum ex
seipso ali, & in se resolui: nam quum æterna sint elementa, neque cor-
ruptione, neque variatione per se ulla immutentur, corruptioni tamen
ac variationi subiecta esse videntur, ea parte qua specierum informa-
tioni admiscetur, ut tamen ipsa incolumi permanente. Quod Pa-
cuius inuuit ita

Quicquid est hoc, omnia animat, format, alit.

*Auget, creat, sepelit, recipi que in sese omnia,
 Omniumque idem est pater, indidemque eadem
 Quæ erunt de integro, atque eodem occidunt.*

Serpens igitur caudam depascitur suam, ut generum immortalitatem, qua rerum naturam Deus insigniuit, ostentet; ut principium ad finem directum esse, finemque ad principium reflecti doceat: nam ut hoc apertius explicetur, ex plantis fructus, velut ex principio finis; ex fructibus vero semen, in quo planta ipsa delitescit, atque ita principium ex fine. Nec omittenda vero sunt, quæ de figura anguis, Munda ipsum mira similitudine referentis, veteres Philosophi quasi ludentes conscripserunt, ipsam rerum speciem uniuersam non temere oculis omnium subiicientes; siquidem pro corpore quod habet, grauissimum est animal, perinde ac terra, quæ ponderibus librata suis ob grauitatem insitam in centrum vndecumque cecidit: Præterea vero toto distentus humi corpore, per terram repit, unde etiam genus id nomen accipit, modo serpens, modo reptile nuncupatum. Est præterea lubricissimum, quemadmodum aqua, atque inter serpendum pandos ac repandos vndarum flexus imitatur; & apud fabularum scriptores draco Euripus erat, qui Hesperidum hortis in insula positis tutelarissimè effingebatur; & amnes quosdam spiras circum terrarum orbem replicare instar anguium Socrates ait in Phædone. Quin & Hesiodus Echidnam ait dimidia sui parte nympham, dimidio altero immanem anguem; pro qua interpretes accipiunt vapores exhalantes a mari, neque non omnem humoris vim; nympha vero est ob id quod subministrat nutrimentum; Serpens propterea, quod flumina tortuosis ambagibus feruntur, perinde ac serpentium corpora sinuosis plurimum flexibus obrepunt. Sed quod facit ad nympham, quæ loci omnino Genius est, occulta quippe vis illa quæ graminibus & plantis vitam fouet, auctumque subministrat. Ignarus non sum, quosdam alios draconem horrorum custodem pro radicibus arborum accepisse, quod tortuose sint uti serpentes, & in terram adactæ, perinde ac anguium genus in terre visceribus plurimum delitescit: ita vero draconis speciem hanc pomis operam præstare ut afferuentur; radicibus enim aut casis,

aut

ant exsiccatis, poma etiam auferri necesse est. Aerium vero spiritum per sibila, quæ vel ad audientium horrorem nonnulli eorum excitare solent, intelligimus. Squamæ vero, stellarum Mundum ambientium varietatem, quique ignes in supremo micant orbe hieroglyphice significant: nam & hinnuleæ pellis varietatem, quam Pan gestare fertur, stellas ex maculis imitari ait Probus: eamdem Libero patri attributam, idem significare tradit b Eusebius. Est & alia super hoc consideratio, quod anguis hyberno situ membrana corpori, præcipue autem oculis obducta obcæcatur; verno vero tempore feniculum passus, id Græce μάρασπον est, eiusque succo oculos inungens, impedimentum illud exuit, & acutissimo quo pollet, visui restituitur, senectutemque ita singulis deponit annis, nudusque propemodum vernat, & glabro corpore iuuenis, ut c Maro ait,

b3. de præpar. Euangel. c.3.

c1. Eneid.

Lubrica sublato conuoluit pectore terga.

Leberida vero, membranam scilicet, quam deponit, ita exuit, ut a capite orsus ad caudam replicet, interiore parte in exteriorem, exterior in interiorem versâ, acute intus altera subnascente. At Mundus quoque (de inferiori hoc Mundo loquimur) hyemali tempore pruinoso, quodam non modo obcæcatus, sed undecumque obductus situ, annuo peractio spatio, Zephyris flare incipientibus, squalorem abijcit, quaque rerum semina intus fuerant, superioris defectu caloris obstrusa occultataque, extra aperiuntur, occludunturque, ac senectute deposita per vices iterum iuuenescunt. Quin etiam quæcumque de anguis renouatione traduntur, cum hac ipsa Mundi nostri renouatione consensum habent; ferunt enim colubrum, quum exuere incipit, ab oculis primum detrahi, ita ut obcæcari videatur, tum caput exuitur, glabrumque hoc omnino antequam reliquum corpus, apparet. Arbores quoque oculos primum exerunt, gemmas alij vocant, germen alij; sed inculatio inde, insitionis genus; mox exsurgunt flores, paulatimque fructuum fetus aperiunt. Neque vere tantum exuit anguis, verum etiam autumnino, & pro locorum temporumque conditione: astate etiam d Aristotele hoc asserente, licet id abneget e Plinius: Atqui Mundum etiam non vere tantum hac facere, sed astate autumnoque em-

d 5. hist. cap. 17.
8. hist. c. 17.
lib. 8. cap. 27.

ni, tot species, tantosque ortus, variosque nouatus aperire, pro regionum situ ac rerum natura conspiciamus. Sunt qui aliam etiam picturam simulacrumve Mundi fuisse dicant, ut scilicet intra circulum aureum serpentis effigiem accipitrino capite insignem circumducerent ad θ propemodum litteræ similitudinem; are quippe ignem referente, circulo magnitudinem & formam orbis indicante, serpente bonum Dæmonem, cuius merito ac beneficio omnia alantur, vigeant, ac pereant. Sed non elementalem hunc orbem tantum ex hieroglyphica huiusmodi colligimus, verum etiam & calum ipsum, quod sub Iani figmento fabularum inuolucris occultatur; Ianum enim ab eundo dictum, peritiores asserunt. Mundus itaque initium ex se faciens, quum in se reuertatur, figura ipsius, quæ posita est, rationem ostendere videtur. Sic ergo Mundus ab Antiquis pingebatur figura serpentis obseruatu Pierij; cui non ita libere concedimus Aristotelem asserere serpentes ætate senectâ deponere, idque illi Plinium negare; quum adhuc apud eos talem contradictionem non legerimus. Cæterum & Hominem eadem figura serpentis indicari, non vnum est quod aperiat, In primis quod ipse Pierius *f* inquit, Serpens caudam sibi deuorans Mundi symbolum est, quod nascuntur e terra rerum species, & in terram mox recidunt; nam Rhea defluxus est & corruptio Mundi: quacumque igitur tempus protulit, eadem tempus absunit: Vnde sacris quibusdam apud nos dicitur, puluerem esse hominem; & mox in puluerem reuersurum. Dein apertius infra subdit, Sunt vero qui per anguem & leberida hieroglyphicis hominem ostendant inuentuti redditum, si vel de morbo, aut alia aliqua lue, aut calamitate, squalorem atque maciem deposuerit, sitque demum habitior, atque validior factus. Cæterum & sacra pagina serpentem accipit symbolum humanæ naturæ; nam & Redemptor Dominus præcepit Apostolis suis ut essent prudentes sicut *g* serpentes. Quin & de se alibi dicit, *b* Sicut Moyse exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Non parua igitur inter

f 14. hic
rog.

g Matth.
c. 10.
b Ioan. c. 3.

ter Hominem, & Mundum intercedit analogia; quum
vterque Veteribus eadem figura serpentis denotari
consueuerit.

*Summa Mundi, & Hominis analogia depromitur
ex eo, quod vterque sit ludus Dei. Cap. XXI.*



Hominem Dei ludo fictum esse, adeoque
Dei ludum quemdam esse professus est
non vno in loco Plato a Academicorum
philosophorū coryphæus: in primis enim
ait, Sic autem de his cogitemus, ut miraculum
quoddam diuinum in animantium genere vnum-
quemque nostrum existimemus, siue ioco, siue serio (non enim id no-
nimus) a superis constitutum. Deinde vero b posteri-
us inquit, Hominem vero, sicut etiam supra diximus, Dei ludo esse fictum; at-
que id vere ipsius optimum esse. Ita igitur affectos homines conse-
quenter & mares & feminas versari in ludis quam pulcherrimis
oportere. Quam sententiam collaudat Ficinus asserens,
c Mitto in presentia Platonium illud, Homo iocus est ludusque Deo-
rum; id enim ubi res exigit, exponemus. Exponit autem ali-
bi d dicens, Quod autem addit, hominem a Dijs fuisse vel ludo, vel
studio quodam effectum, sic intellige; ludo quidem factum esse, si ani-
ma semper a celestibus ad terrena, atque vicissim quasi ludendo trans-
migrans, nunquam immutabili apud Deum sede quiescat: factum ve-
ro studio, si modo penes effectores Deos, effectorem Deum animus
quandoque sit immutabiliter permansurus. Viram vero disunctio-
nis huius partem eligere debeamus, affirmare hic Plato non audet.
& adhuc infra e subdit, At cur non dicit cetera quoque ani-
ma ludos esse Deorum? quoniam nec adeo Dijs familiaria sunt, ut
cum his illi ludant; nec comparantur ad Deos, utpote que seipsa Deo
non comparant, neque diuina aliquando metiuntur, unde cogantur de
illis sicuti nos metiri; Et profecto si Dei ridere sit, humanum rideat
ludum

1. de leg.
gib.

7. de leg.
gib.

in arg. in
Cratyl.

in arg. ad
1. de legib.

in arg. 7.
de legib.